

netur, præterquam si fidejussorem dederit, a quo pena peti possit: idque et Julianus sentit.

36. ULPIANUS, lib. 77, ad Edictum.

Si feriatis diebus⁸⁵, cogente prætore, arbiter dicat sententiam, et pe-
tatur ex compromiso pena, exceptionem locum non habere constat: nisi
alia⁸⁶ lega eadem [dies] feriata, in qua sententia dicta, est excepta.

37. CELSUS, lib. 44 Digestorum.

Quamvis arbiter alterum ab altero petere vetuit, si tamen heres petit,
penam committet⁸⁷: non enim differendarum litium causa, sed tollenda-
rum ad arbitrios itur.

38. MODESTINUS, lib. 6 Regularum.

Cum pena ex compromiso petitur, is, qui commisit, damndus est:
nec interest, an adversarii ejus interfut, arbitri sententiae stari, necne.

39. JAVOLENUS, lib. 11, ex Cassio.

Non ex omnibus causis, ex quibus arbitri paritum sententia non est,
pena ex compromiso committitur⁸⁸: sed ex his dumtaxat, que ad so-
lutionem pecunia, aut operam præbendam pertinent. Idem contumaciam
litigatoris arbiter punire poterit, pecuniam eum adversario dari jubendo:
quo in numero habet non oportet, si testium nomina ex sententia arbitri
exhibita non sunt.—§ 1. Cum arbiter diem compromissi proferre jussit,
cum hoc ei permisum est, [alterius] mora alterius ad penam committen-
dam prodet.

40. POMONIUS, lib. 44, ex variis Lectionibus.

Arbiter calendis januariis adesse jussit, et ante eum diem decessit,
alter ex litigatoribus non adfuit; proculdubio pena minime commissa est:
nam et Cassium audisse [se] dicentes Aristo ait, in eo arbitrio, qui ipse
non venisset, non esse commissam: quemadmodum Servius ait, si per
stipulatores stet⁸⁹, quo minus acipiatur, non committi ponam.

41. CALLISTRATUS, lib. 4 Edicti monitorii.

Cum lege Julia cautum sit, Ne minor viginti annis judicare cogatur⁸⁸,
nemini licere minorem viginti annis compromissum judicem eligerre:
ideoque pena ex sententia ejus nullo modo committitur. Majori tamen
viginti annis, si minor vigintiquinque [annis] sit, ex hac causa succurre-
ndum, si temere auditorum receperit, multi dixerunt.

42. PAPINIANUS, lib. 2 Responsorum.

Arbiter intra certum diem servos restituit, quibus non restitutus,
pena causa secundum formam compromissi condemnavit? Ob eam
sententiam fisco nihil adquiritur: sed nihilominus stipulationis pena con-
mittitur, quod ab arbitrio statuto non sit obtemperatum.

43. SCEVOLA, lib. 4 Responsorum.

De rebus controversiisque omnibus compromissum [in arbitrum] a Lu-
cio Titio, et Mavio Sempronio factum est: sed errore quædam species
in petitionem a Lucio Titio deductæ non sunt: nec arbiter de his quic-
quam pronunciavit: quæsumus est, an species omissa peti possint? Res-
pondit, peti posse: nec penam ex compromiso committi: quod si maligne
hoc fecit, petere quidem potest, sed penam subjugabitur.

44. Idem, lib. 2 Digestorum.

Inter Castellianum et Selium controversia de finibus orta est, et arbiter
electus est, ut arbitorum ejus res terminetur: ipse sententiam dixit, præ-
sentibus partibus, et terminos posuit⁹⁰: quæsumus est, an, si ex parte
Castelliani arbitrio paritum non esset, pena ex compromiso commissa est?
Respondi, si arbitrio paritum non esset in eo, quod utroque præsente ar-
bitratus esset, penam commissam.

45. ULPIANUS, lib. 28, ad Sabinum.

In compromissis arbitrium personæ insertum personam non egre-
diter⁹¹.

46. PAULUS, lib. 12, ad Sabinum.

De his rebus, et rationibus, et controversiis judicare arbiter potest, qua-
b initio fuissent inter eos, qui compromiserunt, non qua postea⁹¹ su-
pervenerunt.

47. JULIANUS, lib. 4 Digestorum.

Si compromissum ita factum est, ut præsente utroque, aut heredibus
eorum, arbiter sententiam dicat, et alter ex litigatoribus decesserit, pu-
pillo iherede reliquo: non aliter videtur sententia dicta esse, nisi tutoris

⁸⁵ L. 13, § 2, 5, supr. eod. — ⁸⁶ L. 7, C. de feria. — ⁸⁷ L. 42, in fin. inf. de reg.
ur. — ⁸⁸ L. 13, § 1, supr. h. t. — ⁸⁹ L. 5, in fin. supr. eod. — ⁹⁰ L. 57, inf.
de judic. — ⁹¹ L. 2, § 1, inf. fin. regim. — ⁹² L. 52, § 16, supr. h. t.; L. 43, inf.
de verb. oblig. — ⁹³ L. 16, supr. h. t. — ⁹⁴ L. 27, § 5, supr. eod. — ⁹⁵ L. 52,

autoritas interposita fuerit — § 1. Item, si alter ex compromittentibus
furere coepit.

48. MODESTINUS, lib. 4 Regularum.

Arbiter ad ferendam sententiam non⁹² compelletur.

49. JULIANUS, lib. 4 Digestorum.

Sed [et] interpellatur, quo minus sententiam dicat, quia nihil coram
furioso fieri intelligitur⁹³. Quod si furiosus curatorem habet, vel habue-
rit, adhuc litigio pendente, potest præsente curatore sententia dici⁹⁴. —
§ 1. Arbiter adesse litigatorum vel per nuncium, vel epistolam jubere pos-
ter. — § 2. Si ab altera duntaxat parte heredis mentio comprehensa fue-
rit, compromissum solvere morte cujusque ex litigatoribus: sicut solvere-
tur altero mortuo, si neutrui heredis persona comprehendenderetur.

50. ALFENUS, lib. 7 Digestorum.

Arbiter ex compromiso sumptus, cum ante eum diem, qui constitutus
compromiso erat, sententiam dicere non posset, diem compromissi pro-
ferri jussaret: alter ex litigatoribus dicto audiens non fuerat: consuleba-
tur, possetne ab eo pecunia ex compromiso peti? Respondi, non posse:
idea quod non esset arbitrio compromissum, ut id habere⁹⁵.

51. MARCIANUS, lib. 2 Regularum.

Si re sua quis arbiter factus sit, sententiam dicere non potest: quia
se facere jubeat, aut petere prohibeat: neque autem imperare sibi, neque
se prohibere quisquam potest⁹⁶.

52. Idem, lib. 4 Regularum.

Si qui jussus [est] arbiter ex compromiso solvere pecuniam, moram
fecerit, ponam ex compromiso debet: sed⁹⁷ postea solvendo, pena li-
beratur.

TIT. IX.

NAUTÆ, CAUPONES, STABULARII, UT RECEPTA
RESTITUANT¹.

4. ULPIANUS, lib. 14, ad Edictum.

Ait prætor: Nautæ, caupones, stabularii, quod cujusque salvum
fore receptor, nisi restituant, in eos judicium dabo². — § 1. Maxima
utilitas est hujus edicti: quia necesse est plerunque eorum fidem sequi,
et res custodie eorum committere. Ne quisquam putet graviter hoc adver-
sus eos constitutum: nam est in ipsorum arbitrio, ne quem recipient³:
et nisi hoc esset statutum, materia dareetur cum furibus adversus eos,
quos recipiunt, coeundi: cum ne nunc quidem abstineant hujusmodi frau-
dibus. — § 2. Qui sunt igitur, qui teneantur, videndum est. Ait prætor,
Nautæ, Nauiam accipere debemus eum, qui navem exercet⁴: quamvis
nautæ appellant omnes, qui navis naviganda causa in nave sint, sed
de exercitore solummodo prætor sentit: nec enim debet (ingratu Pomponius)
per remigem, aut mesonautam obligari: sed per se, vel per navis
magistrum⁵: quamquam si ipse aliqui et nautis committi jussit, sine du-
bio debeat obligari. — § 3. Et sunt quidam in navibus, qui custodia gratia
navibus praeponuntur, ut ναυτοί λαζαρεῖς, id est, nauium custodes, [et] dia-
triarii⁶. Si quis igitur ex his receptor, puto in exercitore dandam actionem:
nam ipse hujusmodi officio preponit, committi eis permittit: quamvis
nautæ appellant omnes, qui navis naviganda causa in nave sint, sed
de exercitore solummodo prætor sentit: nec enim debet (ingratu Pomponius)
per remigem, aut mesonautam obligari: sed per se, vel per navis
magistrum⁵: quamquam si ipse aliqui et nautis committi jussit, sine du-
bio debeat obligari. — § 4. Hoc autem rei per-
secutionem continet, ut Pomponius ait: et ideo et in¹⁶ heredem, et in
perpetuo¹⁷ dabitur. — § 5. Novissime videndum, an ejusdem rei nomine
et de recepto honoraria¹⁸ actione, et furti agendum sit: et Pomponius
dubitabat: sed magis est, ut vel officio judicis, vel dolii exceptione, alteru-
tra esse contentus debeat¹⁹.

puto, omnium eum recipere custodiam, que in navem illatae sunt: et
factum non solum nautarum præstare debere, sed et vectorum²⁰:

2. GAUUS, lib. 5, ad Edictum provinciale.

Sicut et capo, viatorum²¹.

3. ULPIANUS, lib. 14, ad Edictum.

Licet gratis²² navigaveris, vel in cauponam gratis deverteris, non ta-
men in factum actiones tibi denegabuntur, si damnum injury passus es.
— § 1. Si servo meo in nave vel in caupona utaris, et damnum mihi det;
vel furtum faciat, quamquam et furti actio et damni injury mecum sit,
quas semel recepit, periculum ad eum pertinet. — § 2. Ait prætor:
Nisi restituant, in eos judicium dabo. Ex hoc edicto in factum actio
proficiuntur. Sed, si sit necessaria, videndum: quia agi civili actione ex
hac causa poterit. Si quidem merces intervenierit, ex locato vel conducto:
sed si tota navis locata sit, qui conduxit, ex conducto etiam de rebus,
que desunt, agere potest: si vero res perforandas nauta conduxit, ex
locato convenienter: sed si gravis est, vel totum conducto, etiam de rebus
quae desunt, agere potest. Miratur igitur, cur honoraria actio sit inducta: cum
sint civiles? Nisi forte (inquit) ideo, ut innotesceret prætorem curam
agere reprehende improbitatis hoc genus hominum: [et] qui in locato
conducto culpa, in deposito dolum duntaxat prestatur²³, at hoc edicto om-
nimo qui recepit tenetur, etiam sine culpa ejus res perit, vel dam-
num datum est: nisi si quid damno fatali contingit. Inde Labeo scribit,
si quid naufragio, aut per vim piratarum²⁴ perierit, non esse iniquum,
exceptionem ei dari. Idem erit dicendum, et si in stabulo, aut in caupona
vis major²⁵ contingit. — § 2. Eodem modo tenentur caupones, et stabu-
larii, quo exercentes negotium suum recipiunt: exterum, si extra nego-
tium receperint, non tenebuntur. — § 3. Si filius familiæ aut servus re-
cepit, et voluntas patris, domini intervenit²⁶, in solidum erit conve-
niens. Item si servus exercitoris subripuit, vel damnum dedit, noxalis
actio cessabit: quia ob receptum suo nomine dominus convenitur: sin vero
sine voluntate exerceant, de peculio dabuntur. — § 4. Hac autem rei
persecutionem continet, ut Pomponius ait: et ideo et in¹⁶ heredem, et in
perpetuo¹⁷ dabitur. — § 5. Novissime videndum, an ejusdem rei nomine
et de recepto honoraria¹⁸ actione, et furti agendum sit: et Pomponius
dubitabat: sed magis est, ut vel officio judicis, vel dolii exceptione, alteru-
tra esse contentus debeat¹⁹.

4. PAULUS, lib. 13, ad Edictum.

Sed et ipsi nautæ furti actio competit²⁰, cuius sit pericolo: nisi [si]
ipse subripiat, et postea ab eo subripiantur, aut alio subripiente, ipse
nauta solvendo non sit. — § 1. Si nauta nautæ, stabularius stabularii,
caupo cauponis res receptor, neque tenetur. — § 2. Vivianus dixit,
etiam ad eas res hoc edictum pertinere, que post impositas merces in
navem, locatasque inferentur, etiam carum vectura non debetur: ut vesti-
mentorum, penoris quotidiani²¹: quia hac ipsa caterinarum rerum loca-
tioni accidunt.

5. GAIUS, lib. 5, ad Edictum provinciale.

Nauta, et capo, et stabularius mercedem accipiunt, non pro custodia:
sed nauta, ut trajiciat vectores: capo, ut viatores manere in caupona
patiatur: stabularius, ut permittat jumenta apud eum stabulari: et tamen
custodia nomine tenetur: nam et fullo et sarcinari non pro custodia,
sed pro arte mercedem accipiunt: et tamen custodia nomine ex locato
tenetur²². — § 1. Quaecunque de furtu diximus, eadem et de damno de-
bere: quasi omnia, que ibi contingunt, in solidum receptor.

⁸ Obst. L. un. in fin. inf. furti advers. naut. — ⁹ Obst. L. 6, 2, 3, inf. b. t. — ¹⁰ L. un. 2 ult. inf.
furti advers. naut. — ¹¹ L. 1, 2 ult. L. un., 2 ult. Obst. L. 2, supr. eod. — ¹² L. 1, 2 ult. inf. supr. eod. — ¹³ L. 1, 2 ult. L. 2, 3, 4 ult. inf. depositi. — ¹⁴ L. 1, 2 ult. L. 1, 2 ult. inf. supr. eod. — ¹⁵ L. 1, 2 ult. inf. supr. eod. — ¹⁶ Immo vide 2 ult. Inst. de oblig. que quasi ex deict. — ¹⁷ d. L. ult. 2 ult. inf. supr. h. t. — ¹⁸ d. L. ult. 2 ult. — ¹⁹ L. 1, 2 ult. inf. h. t. — ²⁰ L. un. 2 ult. inf. supr. h. t. — ²¹ L. 1, 2 ult. inf. supr. h. t. — ²² L. 1, 2 ult. inf. supr. h. t. — ²³ L. 1, 2 ult. inf. supr. h. t. — ²⁴ L. 1, 2 ult. inf. supr. h. t. — ²⁵ L. 1, 2 ult. inf. supr. h. t. — ²⁶ L. 1, 2 ult. inf. supr. h. t. — ²⁷ L. 1, 2 ult. inf. supr. h. t. — ²⁸ L. 1, 2 ult. inf. supr. h. t. — ²⁹ L. 1, 2 ult. inf. supr. h. t. — ³⁰ L. 1, 2 ult. inf. supr. h. t. — ³¹ L. 1, 2 ult. inf. supr. h. t. — ³² L. 1, 2 ult. inf. supr. h. t. — ³³ L. 1, 2 ult. inf. supr. h. t. — ³⁴ L. 1, 2 ult. inf. supr. h. t. — ³⁵ L. 1, 2 ult. inf. supr. h. t. — ³⁶ d. L. 5, 2, 4, — ³⁷ 2 ult. Inst. de oblig. que quasi ex deict. — ³⁸ L. 5, 2 ult. Inst. de perpet. et tempor. act. — ³⁹ L. 5, 2 ult. supr. h. t.